



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

28. [i.e. 29.] De Gosiis statuam D. Antonij inuadentibus, & diuina
eorundem vindicta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

& impietatem agnoscere ac respicere suffi-
neant. Vtinam vel cum brutis asinis discant
ea cauere, in quæ toties infelicitè impege-
runt.

*D. VVilhel. Lindanus lib. 2. de fugiendis id-
lis cap. 1. Item Apologetici ad Germani-
Tom. 2. cap. 11. De Gæsijs statuam D. An-
tonij innuadentibus, & diuina eorundem vo-
dicta.*

C A P. X X I X.

ANno illo Gofaico 1566. cū per Belg-
passim iconoclastæ in venerandas
ctorum imagines defæuissent, Bulc-
cis accidit, quosdam D. Antonij imaginē co-
cidere, vt incendio via publica abolerent, u-
rum quid accidit, non sanè impunè tulere
pij: euestigio namque illa peste, quam D. An-
tonij iam olim appellamus Christiani (quod
illi depellendæ sint eius, apud Deum pij
perti sæpè Patronum) corripuntur, totoque
vtriusque corpore instar granorum pipere
pestilens ille ignis ebullit: domum se recipi-
unt infœlices, quorum plaga socij deterri-
regum deserunt trepidi. Tam atroci atque
raci consumeantur miseri totum per corp-
incendio, vt postridie impiam effharint
mam, & funesta reliquerint cadauera var-
rum colorum stigmatibus, ceruleis, paraf-
atris insignita. Illud tam est tota vicinia not-
vt plurimos huius rei non solum audierim
concorditer historiam ad vinum deping-
ad-

additis etiam tam sacrilegorum, quàm familiarium nominibus: sed publici etiam viderimus Notarij fide non indigni neq; obscuri testimonium.

D. VVilhelm. Lindanus libr. 2. cap. 1 de fugiendis idolis, De tribus militibus Hugonotis, qui statum D. Antonij invadentes horrenda morte perierunt: tertius verò precibus circumstantium adiutus, cum totus terribilis febre aestuaret, tandem peracto sacrificio & adhibita aqua benedicta, sibi restitutus errorem suum agnovit.

CAP. XXX.

ANno 76. in Gallijs vsu venisse scribunt, cuius talem historiam Parisijs impressam vidimus, quæ hîc ruditer est transfusa.

Anno Domini 1576. 21. Iulij dum Dux Aulensonus frater regis Fræciæ esset in vrbe Castillon, & excubię pedestrium copiarum in villa, quæ dicitur Soulei, à dicta ciuitate vno plus minus miliari distante, agerentur, tres milites malè feriatì deprehenderūt præ foribus imaginem B. Antonij in petra erectam, ac post multa scandala, ludibria & diçteria in eam congesta, caput quidem imaginis galea, manus verò armarunt haliebardia, talia cum execrandis blasphemijs euomentes, tu, si quid vales, si qua tibi potestas, in præsentiarum nūc eam demonstra contra nos, ac te defende. Quo dicto suis armis imaginē imperūt multis ictibus.